

Sonstige Empfänger

SONS 1 (2, 159)

1218 [Juni–September 23], Leibnitz/Fohnsdorf
Erzbischof Eberhard [II.] von Salzburg bestätigt dem Pfarrer Konrad von St. Georgen an der Stiefing das der Pfarre durch die Schenkung Erzbischof Eberhards [I. von Salzburg] zustehende, von den hochstiftischen Zehentnern jedoch vorenthaltene Recht auf zwei Drittel der Zehnten zu St. Georgen (an der Stiefing) und Ragnitz (nö. Leibnitz).

Hss.: Abschrift ca. 1310 in Graz, StLA, Hs. 50, fol. 27r–v Nr. 31 (B). — Insert in Urkunde 1498 Juni 11, Admont, Abt Leonard von Admont, in Graz, DAGS, Transsumpt 36, fol. 10r–v (C). — Insert in Urkunde 1498 Juni 11, Admont, Abt Leonard von Admont, in Graz, DAGS, Transsumpt 37, fol. 9v–10v (D).

Edd.: Zahn, StUB II (1879), S. 238–240 Nr. 159 (aus B). — Hauthaler/Martin, SUB III (1918), S. 240–241 Nr. 725 (aus B).

Reg.: Pusch/Froelich, *Diplomataria sacra Styriae I* (1756), S. 305–306 Nr. 5. — Meiller, *Reg. Salzburg* (1866), S. 217 Nr. 206, mit S. 530 Anm. 85, zu April 20–September 24. — Jaksch, *MDC IV/1* (1906), S. 99 Nr. 1771. — Kos, *Gradivo V* (1928), S. 156 Nr. 287.

Lit.: Muchar, *Geschichte der Steiermark V* (1850), S. 87. — Martin, *Urkundenwesen* (MIÖG Erg. 9, 1915), S. 609 (Anm. 5), S. 681 Anm. 7. — Lang, *Salzburger Lehen II* (BESGQ 44/NF 12 = Veröff. HLK 31, 1939), S. 289 Nr. 329. — Klaminger, *Pfarre* (1959), S. 9–10. — Pirchegger, *St. Georgen an der Stiefing* (ZHVSt 55, 1964), S. 56. — Pagitz, *Zwei unbekannte Urkunden* (MGSL 105, 1965), S. 128 Anm. 43, S. 129 (Anm. 54), Anm. 58. — Haider, *Kapellanat* (1977), S. 225, 228, 236, 237–238. — Ebner, *Burgen und Schlösser 3* (1981), S. 54, 70, S. 100, 113. — Riegler, *Besitz der Grafen von Plain* (ZHVSt 82, 1991), S. 40. — Sonnleitner, *Bischöfliches Selbstverständnis* (AfD 37, 1991), S. 212–213, 278. — Posch, *Riegersburg und Graf Poto* (ZHVSt 83, 1992), S. 153. — Mierau, *Vita communis* (1997), S. 6 Anm. 28, S. 119 Anm. 97. — Zehetmayer, *Landtaidinge* (ZHVSt 94, 2003), S. 108–109 (Anm. 163, 165). — Zehetmayer, *Anfänge* (2006), S. 26 Anm. 30. — Reismann/Brunner, *Voitsberg 2* (2011), S. 13. — Allmer, *800 Jahre Allerheiligen* (2018), S. 9–11.

Laut Hauthaler/Martin, SUB III, S. 240, „von dem als Datar genannten Magister Heinrich (EIIN) verfaßt“. Zu Magister Heinrich (= E II N) siehe Martin, *Urkundenwesen* (MIÖG Erg. 9), S. 608–611, Pagitz, *Zwei unbekannte Urkunden* (MGSL 105, 1965), S. 129–130 Anm. 58, und Haider, *Kapellanat*, S. 237–238.

Dem traditionellen zeitlichen Ansatz auf die Monate Juni bis September liegt offensichtlich das Itinerar Erzbischof Eberhards II. zugrunde. Im Februar 1218 ist der Erzbischof in Salzburg belegt (Edd. in Hauthaler/Martin, SUB III, S. 237 Nr. 722, und S. 237–238 Nr. 723), eine nach dem 22. Mai 1218 vollzogene Rechtshandlung (Edd. in Hauthaler/Martin, SUB III, S. 239 Nr. 724) muss angesichts der Präsenz des gesamten Konvents von Herrenchiemsee an Ort und Stelle vollzogen worden sein, am 3. August ist

Eberhard in St. Stephan in der Lobming bezeugt (Edd. in Hauthaler/Martin, SUB III, S. 244–246 Nr. 727), spätestens am 25. September war er wieder in Salzburg (Edd. in Hauthaler/Martin, SUB III, S. 247–249 Nr. 729). Dazu passen auch – ausgehend von der Berechnung nach der Weihe am 3. Februar 1201 – das angeführte 18. Pontifikatsjahr Eberhards II. und die angeführte Indiktion 6 (siehe auch Martin, Urkundenwesen [MIÖG Erg. 9], S. 681 Anm. 7, wonach hier die bedaische Indiktion zugrunde liegt).

Aufgrund der Überschneidungen bei den Zeugenreihen und der übereinstimmenden Datierung ist davon auszugehen, dass die Urkunden Nr. SONS 1 und SONS 2 in einem knappen zeitlichen Zusammenhang ausgestellt wurden, laut Allmer, 800 Jahre Allerheiligen, S. 10, sollen beide am selben Tag ausgestellt worden sein.

Die erwähnte Urkunde Eberhards I. ist verloren, siehe Hauthaler/Martin, SUB II (1916), S. 789 D Nr. 46.

Laut Zahn, StUB II, S. 240, findet sich „die ganze Urkunde [...] in Stein gegraben [...] an der Innenseite der Nordwand der Kirche zu s. Georgen an der Stiefing“. Wie bereits Pirchegger in StUB Erg. (1949), S. 28, richtigstellte, handelt es sich dabei jedoch um Urkunde Nr. SONS 2. Siehe auch Allmer, 800 Jahre Allerheiligen, S. 9.

Ediert nach B.

In nomine sancte et individue trinitatis, amen. Eberhardus divina favente clemencia Salzburgensis archiepiscopus, apostolice sedis legatus, universis Christi fidelibus tam presentibus quam futuris salutem imperpetuum. Cum ex iniuncto nobis cure pastoralis^{a)} officio teneamur ecclesiarum utilitatibus providere et quibusque subditis nostris ac cunctis fidelibus in sua non deesse iusticia, ne recognitioni iuris a nobis pie debiteque cuivis inpeni succedens possit derogare oblivio, facta nostrarum donacionum seu recognitionum scriptis semper dignum duximus perennare. Quippe dilectus in Christo frater Chunradus plebanus de Styuen coram nobis proposuit, quod nostri decimatores et officiales duas partes decimarum de tota villa Styuen et decimali curia et in alia villula que Grauenrachenze dicitur quasi nobis debitas et ad nostram mensam spectantes abstulissent, cum tamen eadem ecclesia sancti Georii in Styuen decimas predictas et ius percipiendi decimas in dictis villis et curia ex donacione felicis memorie predecessoris nostri archiepiscopi Eberhardi longo tempore quiete possedisset ac percepisset, donec per incuriam vicariorum, per quos dicta ecclesia regebatur, cum ad Frisacensem canonicam spectaret, dictam iniuriam nostri decimatores et officiales fecissent ecclesie memorate, et humiliter a nobis postulavit probacionem de premissis, sepe offerens per testes omni exceptione maiores, quatenus super eiusdem inquirentes et audientes veritatem ecclesie prenominate iusticiam faceremus. Nos itaque ad instantiam dicti plebani ea, qua debuimus, sollicitudine de premissis aput Leybentz audientes conquestionis huiusmodi firmam assercionem per viros honestos et quendam decimatorem nostrum Gotfridum, qui plus nobis quam ecclesie in Styuen tenebantur fidelitate, sic vera esse conperimus, que a plebano fuerant proposita, tam de facta donacione quam de possessione^{b)} valida et longinqua. Proinde attendimus, quod si decimarum infeudacio laicis facta a deo firma tenetur, quod eciam de heredibus ad heredes transeat extra ecclesiam constitutos, multo validior esse debet donacio decimarum ecclesiis facta, cum eas licite possideant, nec recte dicitur aliena tum ab episcopatu, quod sic ecclesie parrochiali sibi subiecte collatum fuerit et donatum. Siquidem de

premissis moniti sufficienter et instructi decimas prenominate et ius easdem percipiendi integraliter et absque divisione in curia et villis antedictis, cultis videlicet eiusdem prediis et colendis, ecclesie sancti Georii in Styuen recognovimus atque remisimus quiete de cetero et inantea possidendas, huic sane facto nostro consenciente Salzburgensi^{c)} capitulo subsequenter. Quicumque igitur hanc iuste recognicionis et recognite iusticie paginam sive sigilli nostri munimen maliciose temerare presumpserit, sciat se indignacionem omnipotentis dei et divine ulcionis examen terribile per merita gloriosissime dei genitricis et perpetue virginis Marie et obtentum victoriosi martyris dei Georii et omnium sanctorum cum vinculo anathematis dampnabiliter incursum. Huius rei testes sunt Rudbertus prepositus de Volchenmarch archidiaconus Karinthie, Volchmarus Salzburgensis canonicus, Leuprandus et Waltherus Frisacenses canonici, Bertholdus plebanus de Grebnich, Vlricus de Hüse, Hertnidus de sancto Petro, magister Hertnidus de Ottinge, Wernherus Frisacensis plebani et cappellani, Otto de Leybentz, Otto de Levnrode, Fridericus de Lonsperch, Albertus de Nohstayne, Ditmarus de Aychaim, Hainricus de V̇zlinge, Hainricus de Tanpach, Vlricus speysarius, Otto Wllarius^{d)} de Chv̇nperch et alii quam plures nostri clerici et ministeriales. Acta sunt [anno]^{e)} hec dominice incarnationis M^o CC^o XVIII^o, indictione VI, aput Leybentz, datum autem aput Vonstorf per manus magistri Hainrici notarii, pontificatus nostri anno XVIII^o, feliciter amen, amen.

^{a)} pastoralis statt pastoralis B. — ^{b)} posesione statt possessione B. — ^{c)} Folgt archiepiscopo B. — ^{d)} B. — ^{e)} anno fehlt B.

SONS 2 (P 36)

1218 [Juni–September 23], Leibnitz/Fohnsdorf
Erzbischof Eberhard [II.] von Salzburg bestätigt, dass der Stifter der Kirche zu Herbersdorf, Markwart von Herbersdorf, dem Pfarrer Konrad von St. Georgen an der Stiefing 15 Mark für die Lesung von Messen an den Festtagen gegeben hat.

Hss.: Inschrift von 1547 in St. Georgen an der Stiefing, Pfarrkirche, zur Linken des nördlichen Eingangstores in das Schiff (B). — Beglaubigte Abschrift 1769 Mai 2, St. Georgen an der Stiefing, durch Franz Anton Horn, Verwalter der Herrschaft St. Georgen an der Stiefing, in Graz, DAGS, Pfarrarchiv St. Georgen an der Stiefing, Schubert 25, lose Beilage zum Kopialbuch (aus B) (C). — Nachzeichnung der Inschrift an der Pfarrkirche St. Georgen an der Stiefing 1947 (Semetkowski), in Graz, StLA, AUR-404a (aus B) (D).

Abb.: Allmer, 800 Jahre Allerheiligen (2018), S. 12 (= B). — Fink/Chudoba, Pfarrkirche (2020), S. 26, 27 (= B). —

<https://egov.stmk.gv.at/archivinformationssystem/objekt.jsp?id=1066908> (= D).

Edd.: Pirchegger in StUB Erg. (1949), S. 27–28, Nr. 36 (aus D). — Allmer, 800 Jahre Allerheiligen (2018), S. 13–14 (aus B).

Übs.: Klug, Markt (1959), S. 31, dt. — Allmer, 800 Jahre Allerheiligen (2018), S. 13–14, dt. — Fink/Chudoba, Pfarrkirche (2020), S. 25–28, dt.

Lit.: Klaminger, Pfarre (1959), S. 10. — Klug, Markt (1959), S. 25. — Allmer, 800 Jahre Allerheiligen (2018), S. 9–14. — Fink/Chudoba, Pfarrkirche (2020), S. 25.

Laut der zur Rechten des nördlichen Eingangstores in das Schiff zu findenden Marmorplatte von 1547 haben Franz und Elisabeth von Herbersdorf die Urkunde von 1218 nach einer im Jahr 1547 noch erhaltenen Abschrift in Stein meißeln und am Begräbnisplatz der Eltern des Franz von Herbersdorf anbringen lassen, um deren Inhalt vor Verlust zu schützen. Zur Frage nach den weiteren Motiven siehe Allmer, 800 Jahre Allerheiligen (2018), S. 14.

Zur Datierung siehe die Anmerkungen zu Urkunde Nr. SONS 1.

Über der Inschrift links das Wappen derer von Herbersdorf, rechts das Wappen derer von Herberstein, in der Mitte eine Nachbildung des Rundsiegels des Erzbischofs (mit Schnur), siehe die Abbildungen bei Fink/Chudoba, Pfarrkirche, S. 26, und die Zeichnung von Semetkowski (F). Siehe besonders auch die „durch Fotomontage wieder her[ge]stellt[e]“ „ursprüngliche Zusammenstellung beider Steinplatten“ bei Allmer, 800 Jahre Allerheiligen (2018), S. 12.

Ediert nach B.

In nomine sancte et individue trinitatis, amen. Eberhardvs divina clementia favente Salisbvrghensis archiepiscopus^{a)}, apostolice sedis legatus, universis Christi fidelibus tam presentibus quam futuris salutem [in]^{b)} perpetuum. Cum processus temporis negotiorum plerumque^{c)} gesta, que nec scripture testimonio nec voce testium fuerint confirmata, a memoria hominum delect ac avellat, quelibet pietatis opera robore scriptorum salubriter instaurantur, porro quum in ecclesie Herwigesdorf raro missarum celebrantur^{d)} obsequia eo, quod modicam dotem haberet, fundator ecclesie Marqvardvs quomodo hec emendarentur devote cepit cogitare et cum predia non invenirentur, que in supplementum dotis posset emere, summam quandam pecunie quindecim marcarum in usus ecclesie matricis de consensu Chvnradi plebani convertere deliberavit, quia matrix ecclesia quondam controversiam et iniuriam patiebatur in decimis villarum Styven et Hrevenrachen et in decimali curia Styven percipiendis integraliter et absque divisione, communicato consilio talem controversiam sopire et ius ecclesie in predictis decimis redimere deliberaverunt per pecuniam predictam, ut sic et utilitati matricis provideretur ecclesie et missarum solemnia^{e)} omnibus diebus regulariter festis, salvo iure matricis ecclesie in omni parrochali obedientia et mandato, in predicta cappella^{f)} debeant celebrari sublato impedimento et occasione defectu dotis opponenda cum pro dote filie iure debeat computari, quod in utilitatem perpetuam matricis ecclesie causa laudabiliter est conversum. Huius itaque rei provida consideratione moti, sicut rationabiliter coram nobis procuratum est, ita sigilli nostri et pagine presentis munimine facta nostra, quibus devoti consentiente prefato plebano annuimus, ne ullius successoris malicia convellantur, iussimus confirmari. Huius rei testes sunt magister Rvbertvs prepositus de Volchenmarchet et archidiaconus Karinthe, Walthervs et Levpvndvs et Bernhervs Frisacensis canonici^{g)}, Otto de Levnrode, Fridericvs de Lonsperch, Marqvardvs de Schaflaz et filius eius Marqvardvs, Otto de Chvnperch, Erhardvs de Libenz et alii quam plures clerici nostri et ministeriales. Acta sunt hec apud Libenz, anno dominice incarnationis M CC XVIII, indictione VI. Dat. per manus magistri Henrici notarii apud Vanstorf, pontificatus nostri anno XVIII, feliciter amen.

^{a)} episcopus statt archiepiscopus B. – ^{b)} in fehlt B; nach dem üblichen Formular ergänzt. – ^{c)} pleunque statt plerumque B. – ^{d)} c über der Zeile nachgetragen B. – ^{e)} solennia statt solemnia B. – ^{f)} capella statt cappella B. – ^{g)} canonicus statt canonici B.

SONS 3

1231 April 15, Rottenmann

Der päpstliche Legat Otto von San Nicola in Carcere erlaubt dem Propst und dem Kapitel von Beromünster, für den Wiederaufbau ihrer abgebrannten Stiftskirche die Einkünfte der denselben ledig gewordenen Kirche zu Hochdorf (sö. Beromünster) drei Jahre lang zu verwenden.

Hss.: Abschrift 18. Jh. in Aarau, Aargauer Kantonsbibliothek, MsZF 4: 3, fol. 814v Nr. 12 (B).

Edd.: Neugart, Episc. Const. I/2 (1862), S. 528–529 Nr. 9 (aus B).

Reg.: Böhmer/Ficker/Winkelman, RI V/2,3 (1892), S. 1539 Nr. 10135.

Das vorliegende Stück wurde aufgenommen, da es sich beim Ausstellungsort laut Böhmer/Ficker/Winkelman, RI V/2,3 (1892), S. 1539 Nr. 10135, „unzweifelhaft“ um das steirische Rottenmann handelt.

Ediert nach B.

Otho miseratione divina sancti Nicolai in carcere Tulliano diaconus cardinalis, apostolice sedis legatus, dilectis in Christo preposito et capitulo ecclesie Beronensis Constantiensis diocesis salutem in domino. Ex parte vestra fuit nobis supplicatum humiliter, ut cum ecclesia vestra sic per incendium miserabiliter devastata, nec ad reparationem^{a)} ipsius proprie suppetant facultates, vobis in auxilium reparationis eiusdem fructus ecclesie in Hochdorff Constantiensis diocesis modo vacantes, in qua ius patronatus habetis, ad aliquod tempus concedere dignaremur. Nos igitur vobis in hac parte paterno compatiens affectu auctoritate vobis presentium indulgemus, ut proventus ecclesie predicte, si vacat ad presens et ipsius ad vos ius pertinet patronatus, possitis ad reparandam ecclesiam vestram per triennium retinere, ita tamen, quod medio tempore faciatis ei per personam idoneam sufficienter et legitime deserviri. Datum Rotemann, XVII kalend. maii, anno domini 1231.

^{a)} reparationem statt reparationem B.

SONS 4

1231 [vor September 24], Leibnitz

Erzbischof Eberhard [II.] von Salzburg wandelt in Anbetracht der reichen Einkünfte des Pfarrers von Völkermarkt die Pfarrkirche in ein Kollegiatstift mit einem Propst, einem Scholastikus und elf Chorherren um. Deren Ernennung behält er sich selbst vor, während die Güterverwaltung dem Kapitel eingeräumt wird.

Edd.: Eichhorn, Beyträge Kärnten II (1819), S. 181–182 Nr. 2 (aus verschollenem Original A). — Jaksch, MDC IV/1 (1906), S. 188–189 Nr. 2011 (nach Eichhorn). — Hauthaler/Martin, SUB III (1918), S. 398–399 Nr. 859 (nach Eichhorn).

Reg.: Ankershofen, Urkundenreg. Kärnten (AKÖGQ 32, 1865), S. 162 Nr. 883. — Meiller, Reg. Salzburg (1866), S. 251 Nr. 369. — Kos, Gradivo V (1928), S. 264 Nr. 535.

Lit.: Pagitz, Zwei unbekannte Urkunden (MGSL 105, 1965), S. 122. — Dopsch, Salzburg (1981), S. 331. — Sonnleitner, Bischöfliches Selbstverständnis (AfD 37, 1991), S. 216.

Laut Hauthaler/Martin, SUB III, S. 188, „von Heinrich verfaßt, mit einigen Anklängen an“ die Urkunde Papst Innozenz' III. von 1216 Jänner 28, Lateran (= Urkunde Nr. A 8). Zu Magister Heinrich (= E II N) siehe Martin, Urkundenwesen (MIÖG Erg. 9), S. 608–612, Pagitz, Zwei unbekannte Urkunden (MGSL 105, 1965), S. 129–130 Anm. 58, und Haider, Kapellanat (1977), S. 237–238.

Bei Urkunden aus der Salzburger Kanzlei wurde grundsätzlich bei der Frage, ob von bedaischer oder römischer Indiktion auszugehen ist, den Zuordnungen im SUB gefolgt. Wie Martin, Urkundenwesen (MIÖG Erg. 9, 1915), S. 681–682, ausführt, war der Gebrauch beider Indiktionen schwankend.

Ediert nach A (vertreten durch Eichhorn, MDC und SUB).

In nomine sancte et individue trinitatis. Eberhardus dei gratia Salzpurgensis archiepiscopus, apostolice sedis legatus. Cum sicut unire sic et dividere in rebus spiritualibus, utilitatibus et circumstantiis ecclesiarum ad curam spectet officii pastoralis, nos zelo domini et ipsius domus inducti et ad ampliandum divinum cultum in ecclesia dei sollicite intendentes prudenter advertimus salubre non esse, ut victum una persona consumat, quo plures habunde sustentari poterunt in vinea domini Sabaoth laborantes. Presenti igitur scriptura noverint universi, quod, cum invenissemus aliquando Volchinmarcht in ecclesia barrochiali et iure ita, ut plebano uni duntaxat persone proventus ipsius ecclesie cederent universi, cum esset ibi, ut evidenter cognovimus, messis multa operarii autem pauci¹⁾, nos, ut ad messis amplitudinem laborantium quoque numerus augeretur, quatenus per plures ministros ministeria ecclesie domini facilius expedita expeditius inantea consumarentur, ipsam ecclesiam conventualem taliter statuimus tredecim in ea canonicos ordinantes. In quo numero computabitur prepositus prebenda una, sicut unus canonicorum contentus; prebenda siquidem estimabitur singulis ad eiusdem ecclesie proventuum quantitatem. Institutionem tamen canonicorum reservavimus iuri nostro ipsi capitulo concedentes, ut ordinatio et dispensatio rerum et proventuum ecclesie, quocunque nomine censentur, remaneat apud ipsum. Domnus [prepositus]^{a)} quoque et scolasticus maioris officii ratione supra prebendas comuniter institutas percipient uterlibet quinque marcas. Ut hec nostra institutio apud successores nostros permaneat inconcussa, presens scriptum sigillo nostro mandavimus consignari. Acta sunt hec apud Libenz, anno domini MCCXXXI, indictione III.

^{a)} *Ergänzung prepositus nach Jaksch und Hauthaler/Martin.*

¹⁾ *Matth 25, 21.*

SONS 5

1238

Propst Ulrich, Dekan Albert und das Kapitel von Völkermarkt bestätigen, dass der miles Pillung von Saldenhofen mit Zustimmung seiner Frau Elisabeth, seiner Erben und des Cholo von Seltenheim ihrer Kirche genannte drei, ihm verpfändet gewesene, Huben im Weiler Furschich und anderes unter der Bedingung zurückgestellt hat, dass ein ihm ebenfalls verpfändet gewesener Zehent in Stallhofen ihm und seiner Frau auf Lebenszeit verliehen wird. Daraufhin schenkt Pillung der Kirche St. Rupert in Völkermarkt eine Hube zu Roggendorf (nö.Völkermarkt).

Hss.: Original in Klagenfurt, ADG, Urkundenreihe P 602 (A).

Abb.: https://www.monasterium.net/mom/AT-ADG/PA/ADG_Urk_P0602/charter

Edd.: Jaksch, MDC IV/1 (1906), S. 251–252 Nr. 2155 (aus A).

Reg.: Kos, Gradivo V (1928), S. 338–339 Nr. 701.

Lit.: Mravljak, Vuzenica (1928), S. 9. — Mravljak, Dravograd I (1932), S. 28. — Höfler, O prvih cerkvah (2016), S. 137.

Die angegebene Indiktion X passt unter keinen Umständen zum angegebenen Jahr 1238.

Laut Jaksch, MDC IV/1, S. 252, 1. Fragment des Hängesiegels des Kapitels. 2. Hängesiegel fehlt.

Ediert nach A.

† ‡ In nomine sancte et individue trinitatis, amen ‡ †. Vlricus dei gratia prepositus de Volchenmarcht, Albertus decanus totumque eiusdem loci capitulum omnibus Christi fidelibus salutem in vero salutari. Cum res geste mandantur litteris et voci testium, ex eorum memoria trahunt firmamentum. Noscant igitur presentes et sciant futuri Christi fideles, quod quidam Pillungus miles de Saldenhofen quandam decimam sitam in villa Stalhofen et mansos tres constitutos in villa que dicitur Furschich, et redditus unius fertonis et modium unum siliginis ecclesie nostre Volchenmarcht a nobis tenuit obligatos, quorum proventus per aliquos annos percepit in usus suos convertendo. Instinctu ergo spiritus sancti, consencientibus uxore sua Elisabeth et cunctis heredibus suis nunc existentibus et nascituris et domino Cholone de Saldenhaim annuente, argenti marcas XII et fertonem unum nobis et mansos prefatos cum fertone et modio siliginis relaxavit verumtamen ista interposita conditione, quod decimam predictam sibi et uxori tempore vite ipsorum conferamus possidendam. Quam et eis contulimus iure memorato ita, quod post obitum utriusque decima revertatur in usus nostre ecclesie. Ipsi vero pro remedio animarum suarum et omnium amicorum suorum et pro consequenda venia delictorum eorum mansum unum in villa Rokendorf ecclesie sancti Rudberti in Volchenmarcht contulerunt perpetuo possidendum. Nos itaque auctoritate qua fungimur pro tali facto remedio dicto P(illungo) et uxori sue E(lisabeth) quicquid in perceptione decime et mansorum deliquerunt omnimodis indulgemus. Ut ergo hec res gesta rata permaneat et a nullo possit in posterum in irritum revocari, presentem paginam sigillis chori de Volchenmarcht et domini Cholonis de Saldenhaim communivimus. Huius rei testes

sunt Ditmarus plebanus de Saldenhoun, Maingotus sacerdos de Traberch, Cholo de Saldenhaim, Gotfridus de Wilthousen, Ditmarus miles, Gotfridus cognomine Swarzman, Sifridus, Bernhardus filius eius, Sifridus de Alpibus, Hermannus Nüzli milites, Albertus, Iohannes, Berhtoldus, Zuenz, Hartungus cives de Volchenm(archt) et alii quam plures.

Acta sunt hec anno ab incarnatione domini M° CC° XXXVIII°, indictione X.

SONS 6

1240 Jänner 10

Bischof Ulrich [I.] von Lavant weiht zu Ehren der Heiligen Dreifaltigkeit, der Jungfrau Maria und besonders zu Ehren des Heiligen Rupert, des Heiligen Andreas, des Heiligen Valentin und anderer Heiliger die Kirche [von Niederhofen (ö. Stainach im Ennstal)].

Hss.: Abschrift 1679 einer ehemals in der Niederhofener Kirche angebrachten Tafel (C), verschollen.

Edd.: Amon, Kirchweihen zu Niederhofen (BlHk 39 H. 2, 1965), S. 37 Anm. 2 (aus C).

Lit.: Amon, Kirchweihen zu Niederhofen (BlHk 39 H. 2, 1965), S. 37–39.

Die 1965 von Amon noch benutzte Abschrift ist im Diözesanarchiv Graz-Seckau derzeit nicht auffindbar, schriftliche Auskunft durch Dr. Norbert Allmer vom 8. Februar 2024.

Es handelt sich, wie von Amon überprüft, um die Kirche von Niederhofen im Ennstal. Dieser frühe Beleg fehlt bei Zahn, Ortsnamenbuch (1893), S. 359.

Die angegebene Indiktion quarta passt unter keinen Umständen zum angegebenen Jahr 1240 (Jänner), korrekt wäre XIII.

Ediert nach C (vertreten durch Amon).

Anno ab incarnatione domini 1240, indictione quarta, quarto idus ianuarii, dedicata est hec ecclesia a venerabili Lauantinensi episcopo Vlrico in honorem sancte et individue trinitatis et sancte Marie virginis et precipue in honorem sancti Rudberti confessoris atque pontificis et sancti Andree apostoli et sancti Valentini martiris ac pontificis et aliorum sanctorum.

SONS 7

(1241) Juli 29 oder August 10, Graz

Frater Johannes, Minoritenprovinzial in Österreich, Steier und Kärnten, verkündet die an ihn gerichtete Bulle Vocem in excelso Papst Gregors [IX.], worin dieser den Minoritenprovinzial beauftragt, einen Kreuzzug gegen die Tartaren predigen zu lassen und den Orden mit den nötigen Indulgenzen versieht. Frater Johannes benennt einen mit der Kreuzzugspredigt beauftragten Bruder (Friedrich oder Abraham?) und stattet ihn mit den verliehenen päpstlichen Indulgenzen aus.

Hss.: Abschrift 17. Jh., 1882 noch im „Archive der Minoriten zu Wien“ (B), derzeit nicht auffindbar. — Notiz 1921 (Doblinger) in Graz, StLA, AUR-560b (C).

Abb.: <https://egov.stmk.gv.at/archivinformationssystem/objekt.jsp?id=1067413> (= C).

Edd.: Friess, Österreichische Minoritenprovinz (AfÖG 64, 1882), S. 178 Nr. 4 (aus B), zu ca. 1241 August 10.

Lit.: Friess, Österreichische Minoritenprovinz (AfÖG 64, 1882), S. 107, 123–124, 128. — Popelka, Unters. Stadt Graz (ZHVSt 17, 1919), S. 203. — Mlinarič, Minoritski samostan (ČZN NV 19, 1983), S. 56. — Schweigert, Pfarrkirche Mariä Himmelfahrt (1989), S. 2. — Pickl-Herk, Minderbrüder (1990), S. 29.

Der Verbleib des Originals, zu dem Doblinger 1921 (StLA, AUR-560b) noch angeführt hat, dass es in einem Leipziger Antiquariat war, jedoch aufgrund des Preises von etwa 40.000 Kronen seitens des Steiermärkischen Landesarchivs nicht angekauft werden konnte, konnte nicht erruiert werden. Gleiches gilt für die von Friess 1882 noch verwendete Abschrift des 17. Jahrhunderts, schriftliche Auskunft durch Pol B. Edinger vom 15. April 2024. Da sich die Datierungsangaben in Friess Edition und Doblingers Notiz nur hinsichtlich der Angaben idus und kal. unterscheiden, ist davon auszugehen, dass es sich in einem der beiden Fällen (bzw. deren Vorlagen) um einen Fehler handelt, offen bleibt jedoch in welchem. Ebenso kann nicht geklärt werden, ob die Angabe des Namens des speziell mit der Predigt Beauftragten Friedrich oder Abraham lautete.

Bei der inserierten Urkunde handelt es sich um Vocem in excelso vom 19. Juni 1241. Die Bulle erging an den Abt von Heiligenkreuz, den Provinzialprior der Dominikaner in Deutschland, den Prior der Wiener Dominikaner und den Minoritenprovinzial in Deutschland, siehe im Detail Kaspar, Memorabilia (2020), S. 95–96 Nr. 12. Daraus ergibt sich auch die Jahresangabe 1241. Bei diesem Kapitel in Graz handelt es sich um das erste nachweisbare Kapitel der österreichischen Ordensprovinz, siehe Friess, Österreichische Minoritenprovinz (AfÖG 64), S. 107; Popelka, Unters. Stadt Graz (ZHVSt 17), S. 203; Mlinarič, Minoritski samostan (ČZN NV 19), S. 56; Schweigert, Pfarrkirche Mariä Himmelfahrt, S. 2; Pickl-Herk, Minderbrüder, S. 29.

Ediert nach B (vertreten durch Friess) und C.

[B:]

Omnibus Christi fidelibus presentes literas inspecturis frater Joannes, minister Austrie, Stirie et Carinthie salutem in domino Iesu Christo. Noverit universitas vestra, nos literas domini pape recipisse in hunc modum: „Gregorius episcopus, servus servorum dei, dilecto filio . . ministro provinciali fratrum Minorum Teutonie salutem et apostolicam benedictionem. Vocem in excelso lamentationis et fletus audivimus.“ Nos igitur secundum mandatum sedis apostolice in authentico nobis commissum, auctoritatem predicationis cum plenitudine indulgentie commisimus fratri nostro Friderico, latori presentium, plenam in eius dilectione fiduciam gerentes, et, ut nulli de eiusdem officii commissione et indulgentie plenitudine oriri possit dubium, presentes literas in testimonium ei commisimus sigilli nostri munimine roboratas. Datum in Greze, IV idus augusti, tempore capituli nostri provincialis.

[AUR-560b (C):]

Frater Johannes, Minoritenprovinzial in Oesterreich, Steiermark und Kärnten bringt zur Kenntnis die an ihn gerichtete Bulle des Papstes Gregor IX, dat. Rom, 19. Juni 1241, worin der Papst seinen Schmerz ausspricht über den Tod so vieler Christen infolge des Tartareneinfalls in Deutschland. Der Papst beauftragt in der Bulle den Minoritenprovinzial für seine Person durch geeignete Ordensbrüder einen Kreuzzug gegen die Tartaren zu predigen und versieht den Orden mit den nötigen Indulgenzen. Von der Exkommunikation können auch die befreit werden, welche derselben früher wegen Verletzung kirchlicher Personen oder Brandstiftung verfallen waren, sofern sie das Kreuz nehmen. Der Provinzial beauftragt mit der Kreuzzugspredigt speziell den Pater Abraham und stattet ihn mit den verliehenen päpstlichen Indulgenzen aus. Datum Grece, IV kal. augusti, tempore capituli nostri provincialis.

SONS 8

1242 Juni 3, Salzburg

Erzbischof Eberhard [II.] von Salzburg gibt dem Propst [Hartwig] und dem Kapitel von St. Virgil in Friesach die Kirche St. Georgen ob Murau. Der Dekan erhält von deren Einkünften 15 Mark, der Rest soll unter den Kanonikern geteilt werden.

Hss.: Unbeglaubigte Abschrift 2. Hälfte 16. Jh. in Salzburg, AES, AT-AES 1.2.8.A1.137, fol. 1r (B) und 4r (C).

Edd.: Pagitz, Zwei unbekannte Urkunden (MGSL 105, 1965), S. 133 (aus B C ?).

Lit.: Pagitz, Zwei unbekannte Urkunden (MGSL 105, 1965), S. 121–122, 124.

Ediert nach B.

Eberhardus dei gratia Salzburgensis archiepiscopus, apostolice sedis legatus, dilecto in Christo fratri preposito sancti Virgilii in Frisaco salutem et fraternam dilectionem. Cum nullum bonum sit, quod non pulchrius elucescat, si plurimorum noticia conprobetur, ideo noveritis, quod [ob] reverenciam et honorem beati Pauli in ipsius conversione ecclesiam beati Georgii apud Murau dedimus in usus stipendiorum plantule nostre novelle videlicet decani et aliorum confratrum vestrorum. Volumus ergo, ut decano et aliquibus confratribus assumptis vos de prefata ecclesia intromittatis et redditibus ipsius sufficienter taxatis, decano statuimus ratione decanie quinque marcas et ratione unius prebende marcas decem, quitquid autem residuum fuerit, cum aliis proventibus, quos ante tenuit capitulum, inter fratres^{a)} dividatur. Datum Salzburge, anno domini millesimo ducentesimo quadragésimo secundo, die tercio non. iunii^{b)}.

^{a)} Folgt dasselbe unklare Zeichen wie am Schluss der Urkunde nach iunii; Lesung Pagitz ceteros. – ^{b)} Folgt dasselbe unklare Zeichen wie oben nach fratres; von Pagitz hier nicht berücksichtigt, in Urkunde Nr. SONS 11 als etc. gedeutet.

SONS 9

[ca. 1226 – ca. 1242]

Hartnid, Archidiakon im Sanntal, teilt dem Patriarchen B(erthold) von Aquileia gemäß des an ihn und den Pfarrer von Oberburg ergangenen Auftrags mit, dass der Pfarrer von Kötsch (s. Marburg) zum Ersatz der seiner Kirche entzogenen Huben zwei Huben aus seinem väterlichen Erbe zu Kraig (bei Frauenstein) gewidmet und vollen Ersatz geleistet hat.

Hss.: Abschrift 17. Jh. in Wien, ÖNB, Cod. 8574, fol. 17r (B).*

Edd.: Jaksch, MDC Erg. I–IV (1915), S. 15 Nr. 1900a = 3063 (aus B), zu ca. 1226. — Mlinarič, Gradivo I (1975), o. S. Nr. 58 (nach Jaksch), zu ca. 1226. — Weiss, Städtewesen (2002), Quellen-CD-Rom (nach Jaksch), zu ca. 1226.

Reg.: Kos, Gradivo V (1928), S. 225 Nr. 452, zu ca. 1226. — Mlinarič/Ožinger, Župnija in dekanija Höce (1982), S. 9, zu ca. 1226.

Lit.: Koropec, Vojnik (ČZN NV 10/2, 1974), S. 267.

Der zeitliche Ansatz bei Jaksch, MDC Erg. I–IV, S. 15, zu ca. 1226 gründet vermutlich darauf, dass Archidiakon Hartnid in den MDC nur in zwei Urkunden von 1226 Jänner 13 (= Urkunden Nr. PAUL 29 und PAUL 30) vorkommt, siehe Jaksch, MDC IV/2 (1906), Register S. 897.

Die Amtszeit des Archidiakons Hartnid ist nicht exakt bestimmbar. Zum ersten Mal ist er in jenen zwei Urkunden vom 13. Jänner 1226 belegt, zuletzt 1236 (Edd. in Bernhard, Doc. patriarchalia [2006], S. 341–342 Nr. G 16), ab 1242 findet sich ein Konrad als Archidiakon im Sanntal (Edd. in Schumi, UB Krain II [1887], S. 92–93 Nr. 119). Jene bei Zahn, StUB II, S. 398–399 Nr. 297, und Schumi, UB Krain II, S. 58–59 Nr. 76, zu 1232 Dezember 2 gestellte Urkunde, in welcher wiederum ein Archidiakon Konrad belegt ist, gehört ins Jahr 1247, siehe Baraga, Gradivo VI/1 (2002), S. 73–74 Nr. 44, und Bernhard, Doc. patriarchalia (2006), S. 353–354 Nr. G 24.

Ediert nach B.

Reverendo in Christo patri ac domino B(ertoldo) Aquileiensis ecclesie patriarche H(artnidus) Saunie archidiaconus promptum et sincerum cum debita reverentia obsequium. Nobis plebanoque de Oberburch iniunxistis, ut recompensationem mansorum, quos plebanus de Chotse a sua alienavit ecclesia, videremus^{a)} ita, quod discrete possimus vestre audientie declarare, si restitutio pro eisdem mansis facta reddituum talis esset tamque sufficiens, ut nil ecclesie deperiret. Nos itaque mandatum vestrum studiosius exequentes a plebano de Chotse ex patrimonio suo duos mansus in villa Criuich situs suscepimus, et redditus veros testibus demonstravit, quia in his fuerint, quantum sue alienavit ecclesie. In venditis siquidem mansis unius marce redditus, sed in his, quos restituit manu potestativa, talentum vel etiam maioris quantitatis sunt redditus plenarie computati. Hec autem facta sunt plebano de Marburch, plebano de Honeh^{a)}, plebano de Conwiz, plebano de Chotse et coheredum suorum omnium per eosdem mansus est facta recompensatio manifeste. Abbas igitur sancti Pauli et ipse

plebanus de Chotse nosque, qui huic cause interfuimus, rogamus, ut hoc auctoritatis vestre privilegio dignemini confirmare.

^{a)} B.

SONS 10

[1233–1243 Oktober 7]

Erzbischof E(berhard) [II.] von Salzburg fordert alle Gläubigen auf, Almosen für die Reparatur der Dächer des Klosters St. Georgen am (Läng)see zu geben und gewährt, ebenso wie die Bischöfe [Ulrich I.] von Lavant und [Heinrich I.] von Seckau, den Spendern einen Ablass von 20 Tagen.

Hss: Original in Klagenfurt, KLA, B-A 71 (A).

Abb.: http://monasterium.net/mom/AT-KLA/AUR/AT-KLA_418-B-A_71_St/charter (samt Hängesiegel), zu 1243 Juni. — <http://gams.uni-graz.at/o:epis.la-1> (nur Hängesiegel Bischof Ulrichs I. von Lavant), zu 1243 Juni. — Höfer/Feiner, Siegel (2022), S. 623 (nur Hängesiegel Bischof Ulrichs I. von Lavant).

Edd.: Jaksch, MDC IV/1 (1906), S. 302–303 Nr. 2261 (aus A), zu 1243 Juni. — Hauthaler/Martin, SUB III (1918), S. 503–504 Nr. 952 (aus A), zu 1240–1246.

Reg.: Ankershofen, Urkundenreg. Kärnten (AKÖGQ 32, 1865), S. 211 Nr. 1033, zu 1243. — Meiller, Reg. Salzburg (1866), S. 286 Nr. 536, zu 1243 (Juni).

Lit.: Posch, Heinrich I. (1969), S. 29.

Laut Hauthaler/Martin, SUB III, S. 503, geschrieben „von unbekannter Hand“. Zum vom Laterankonzil 1215 vorgeschriebenen Ablassformular siehe Martin, Urkundenwesen (MIÖG Erg. 9, 1915), S. 678.

Zur zeitlichen Einordnung siehe „Begleitende Untersuchungen 7“.

An, laut Jaksch, MDC IV/1, S. 303, gelben, laut Hauthaler/Martin, SUB III, S. 504, grünlichen Seidenfäden: 1. Hängesiegel Bischof Ulrichs von Lavant. 2. Fragment des Hängesiegels Erzbischof Eberhards (Jaksch, Hauthaler/Martin: Siegel 2). 3. Beschädigtes Hängesiegel Bischof Heinrichs von Seckau. Siehe monasterium sowie GAMS = Höfer/Feiner, Siegel, S. 623 (letztere nur Siegel Ulrichs von Lavant).

Ediert nach A.

E(berhardus) dei gratia Salzburgensis archiepiscopus, apostolice sedis legatus, omnibus presentem paginam inspecturis salutem in domino. Quoniam, ut ait apostolus, omnes astabimus ante tribunal recepturi, prout gessimus in corpore, sive bonum fuerit sive malum, oportet nos ergo diem messonis extreme operibus misericordie prevenire ac in terris eternorum intuitu seminare, ut multiplicato fructu in celis recolligere mereamur firmam spem fidutiamque tenentes, quoniam qui parce seminat, parce et metet, et qui seminat in benedictionibus, de benedictionibus et metet vitam eternam. Cum igitur quasi omnes servi

simus peccati, mors autem peccati stipendium iudicetur, expedit cuilibet pro viribus laborare, ut tale stipendium scilicet mortem perpetuam valeat subterfugere ac etiam evitare. Quia ergo elemosina peccatum annihilans est omnino, universitatem vestram monemus et hortamur in domino ac etiam in remissionem vestrorum iniungimus peccatorum, ut ad sarcitecta cenobii sancti Georii apud lacum, ubi sancte femine degunt die noctuque domino servientes, vestram elemosinam erogetis illud attendentes quod particeps bonorum efficitur, qui se boni operis constituit adiutorem. Ut autem tanto proniores sitis ad erogandum et ad subveniendum loco memorato animo gratulanti, omnibus qui de bonis suis ad reparationem tectorum, que per vetustatem corruerunt, de pura dederint voluntate, XX^{ti} dies criminalium de iniuncta eis penitentia in domino relaxamus.

Item ut eidem loco sancto et honorabili qui propter turbationem terrarum et multas iniurias et graves exactiones potentum pauper factus in edificiis undique, ut dictum est, corruens defecit, plenius subveniatur, venerabiles viri in Christo fratres nostri Lauendin(ensis) et Sekkovvensis ecclesiarum episcopi dies criminalium XX^{ti} omnibus benefactoribus suis de iniuncta sibi penitentia nostro consensu accedente similiter indulgent, ut omnes beneficium huius indulgentie suscipientes animo promptiori ad succurrendum prenominato loco inducantur.

SONS 11

1243 (November) 24, Marburg

Erzbischof Eberhard [II.] von Salzburg teilt die Einkünfte des von ihm gegründeten Kollegiatstiftes St. Virgil in Friesach folgendermaßen auf: Der Propst erhält jährlich zehn Mark, die übrigen Einkünfte sind so zwischen dem Dekan und den sieben Kanonikern aufzuteilen, dass das Einkommen des Dekans um die Hälfte größer ist als das der Kanoniker.

Hss.: Unbeglaubigte Abschrift 2. Hälfte 16. Jh. in Salzburg, AES, AT-AES 1.2.8.A1.137, fol. 1r (B) und 4r (C).

Edd.: Pagitz, Zwei unbekannte Urkunden (MGSL 105, 1965), S. 133–134 (aus B C ?).

Lit.: Pagitz, Zwei unbekannte Urkunden (MGSL 105, 1965), S. 122–123, 124–125.

Zur Datierung heißt es bereits bei Pagitz, Zwei unbekannte Urkunden (MGSL 105), S. 125, 133, dass ein Fehler vorliegen muss, da Eberhard II. am 20. und am 24. Oktober 1243 in Salzburg belegt ist (Edd. in Hauthaler/Martin, SUB III, S. 570–572 Nr. 1020, und S. 572–573 Nr. 1021). Es ist daher ein Versehen statt octavo calendas decembris anzunehmen. Vgl. die ähnliche Problematik bei Urkunde Nr. NIOE 12. Bei dem vorliegenden Stück setzt die angegebene Indiktion secunda (statt prima wie in NIOE 12) die bedaische Indiktionsberechnung voraus.

Ediert nach B.

Nos Eberhardus dei gratia Salzburgensis archiepiscopus, apostolice sedis legatus, hoc scripto patere volumus tam presentibus quam futuris, quod, cum nostra novella plantula capitulum videlicet sancti Virgilii in Frisaco in redditibus plus non habundet, ut pluribus personis quam decano et septem canonicis ex ipsis redditibus, quos nunc idem habet capitulum, prebende

debite ministrent, ideo presenti pagina sepedicto capitulo indulgemur, ut prepositus decem marcas de redditibus capituli annis singulis percipiat et quicquid residuum fuerit, inter decanum et septem canonicos dividatur, ita tamen, ut decano ratione decanie prebenda dimidia superaddatur. Ut autem singula predicta perpetuo gaudeant robore firmitatis, memorato capitulo hanc dedimus paginam sigillo nostro roboratam pro testimonio evidenti. Datum huius apud Marchpurch, octavo calendas novembris^{a)}, anno domini millesimo ducentesimo quadragesimo tercio, indictione secunda^{b)}.

^{a)} novembris statt anzunehmendem decembris B. — ^{b)} Folgt dasselbe unklare Zeichen wie in Urkunde Nr. SONS 8, von Pagitz hier als etc. gedeutet.

SONS 12

(1244) Juli 15, Genua

Papst Innozenz [IV.] meldet allen Christen in Livland, Preußen, dem Land Kulm, Gotland, Öland, Finnland, Estland, Semgallen, Kurland und Litauen, dass er Bischof W(ilhelm) von Sabina, vormals Bischof von Modena, in ihren Ländern, in der Kirchenprovinz Gnesen, den Diözesen Prag und Olmütz, sowie in Österreich, Steier und allen Ländern des Herzogs von Österreich zum Legaten bestellt hat und ihn dorthin zurücksendet.

Hss.: Original in Berlin, GStA PK, XX. HA, Rep. 309 (Kulmer Diözesanarchiv), Nr. 5 (A). — Abschrift Ende 14. Jh. in Pelplin, Archiwum Diecezjalne, Kap. A, 1a, S. 37–38 (B). — Abschrift Anfang 15. Jh. in Pelplin, Archiwum Diecezjalne, Kap. A, 1b, fol. 27–28 (C). — Abschrift 1773 in Pelplin, Archiwum Diecezjalne, Kap. A, 1c, S. 38–40 (D).

Edd.: Acta Borussica II/1 (1731), 615–618. — Bunge, Liv-, Esth- und Curl. UB I (1853), Sp. 234–236 Nr. 179 (aus A ?). — Philippi, Preussisches UB I/1 (1882), S. 118–119 Nr. 157 (aus A B).

Reg.: Potthast, Reg. pont. Rom. II (1875), S. 971 Nr. 11431. — Böhmer/Ficker/Winkelman, RI V/2,3 (1892), S. 1271 Nr. 7482.

Lit.: Donner, Legat Wilhelm (1929), S. 283–284.

Zu dieser vierten Legation Bischof Wilhelms siehe umfassend Donner, Legat Wilhelm, S. 283–303, zu den vorangegangenen Legationen siehe ebd., S. 73–274. Bereits im Mai hatte der Papst Herzog Friedrich II. und allen, die ihn auf seinem geplanten Kreuzzug nach Preußen folgen würden, den für die Kreuzfahrer in das Heilige Land bestimmten Ablass bewilligt (Edd. in Mitis/Dienst/Lackner, BUB IV/2 [1997], S. 263–263 Nr. 1244). Zum nicht zustande gekommenen Kreuzzug siehe ebd., S. 263.

Bulle fehlt.

Ediert nach A, mit B (nur zu den in A fehlenden bzw. unkenntlichen Stellen).

Innocentius episcopus, servus servorum dei, universis Christi fidelibus per Liuoniam, Prusciam, terram Culmensensem, Gothlandiam, Olandiam, Vinlandiam, Estoniam, Semigalliam, Curlandiam ac Lettouiam et ceteras neophitorum et paganorum provincias ac insulas

constitutis, salutem et apostolicam benedictionem. Ineffabilis dispositio creatoris sic a creatura mundi sua invisibilia revelavit hominibus, ut per ea, que facta sunt, intellecta conspiciantur quamquam per speculum et enigma, sempiterna quoque virtus eius et divinitas, ita ut excusabilis non sit homo, quia cum cognovissent dominum, non sicut deum glorificaverunt aut gratias egerunt, set evanuerunt in cogitationibus s[uis]^{a)}, et obscuratum est insipiens cor eorum, mutantem gloriam incorruptibilis dei in similitudinem ymaginis corruptibilis hominis et volucrum, quadrupedum et serpentum et creature servire quam creatori potius eligentes. Sed omnipotens deus, ne tam digna creatura, ad ymaginem et similitudinem condita creatoris, prelata volucris celi et bestiis universe terre, periret, et ipse suo proposito fraudaretur, qui propterea fecit hominem, ut illum agnosceret, diligeret, agnitum dilectum haberet, sicque fieret inextimabili^{b)} felicitate beatus, exurgens propter miseriam inopum et gemitum pauperum, per fidem in sanguine ipsius propitiorem proposuit suum unigenitum Ihesum Christum ad ostensionem iustitie sue ob remissionem precedentium delictorum, ut ipse iustus iustificaret eum, qui ex fide est Ihesu Christi, sine qua nullus iustificari potest omnino, testante propheta, qui ait: iustus ex fide vivit. Hac igitur via eundi ad deum vivum et verum proposita, princeps mundi huius quorundam mentes infidelium adeo excecavit, ut lux evangelica eos non valeat illustrare, sed adhuc infidelitatis tenebris obvoluti non invocent dominum, qui prope est omnibus invocantibus eum in veritate. Nam quicumque invocaverit nomen domini, salvus erit. Sed quoniam, ut ait apostolus, quomodo invocabunt, in quem non crediderunt? Vel quomodo credent ei, quem non audierunt, aut quomodo audient sine predicante? [Et]^{c)} quomodo predicabunt, nisi mittantur? Suscitarit olim dominus spiritum venerabilis fratris nostri W(ilhelmi), Sabinensis, q[uo]ndam^{c)} Mutensis, episcopi, qui pluries de mandato sedis apostolice ad paganos illos accedens, eorum, qui circa regiones vestras ex[istunt, n]on^{a)} [mo]dic[am m]ultitudinem^{c)} ad agnitionem veritatis ad[du]xit^{c)}, multorum [in eis errorum generibus extirpatis, quibus ita miseri teneban]tur^{a)} implicati, [ut]^{c)} cultum christiani nominis non haben[tes omnem i]ntentionem^{a)} suam cultui tantum [vi]sib[iliu]m^{c)} appli[care]nt^{c)}. [Ver]um^{c)} idem e[piscopus]^{c)} elevatis oculis [videns, quod re]giones^{a)} v[est]re al]be^{c)} iam essent ad [me]ssem^{a)}, cum Ihesus Christus, deus et dominus noster, sicut accepimus, super gentem vestram clementer respiciens, ostium eius [sa]lvationis^{c)} sit aperire dignatus, ac ad sp[eciales]^{c)} delicias, [co]nversionem^{a)} videlicet gentis eiusdem, totis desideriis totisque animi medullis suspirans, nobis, qui locum illius licet immeriti tenemus in terris, qui discipulis suis ait: rogate dominum messis, ut mi[ttat]^{a)} operarios in messem suam, et fratribus nostris cum multa precum instantia ac lacrimarum affluentia supplicavit, ut ipsum consummare incepti cursum operis cupientem ac paratum pro vobis etiam, si opus esset, calicem bibere passionis, in messem domini remittere dignaremur. Licet autem presentia eiusdem episcopi apud sedem apostolicam propter prerogativam virtutis ipsius nobis sit plurimum oportuna, quia tamen ipsum in hoc zelum dei habere indubitanter credimus et animarum principaliter lucra sitire; nos pium eius et sanctum propositum attendentes, eum ad evangelizandam gentibus nomen domini nostri Ihesu Christi, commisso sibi tam in partibus vestris, quam per Gneznensem provinciam et Pragensem ac Olomucensem dioceses necnon Austriam, Stiriam et alias terras nobilis viri . . ducis Austrie, plene legationis officio ad partes ipsas providimus remittendum, ut, auctore domino, tanquam diligens cultor agri dominici evellat et destruat, dissipet et disperdat, edificet et plantet, prout sibi dominus ministrabit.

Monemus itaque universitatem vestram attentius et hortamur in domino, per apostolica vobis scripta precipiendo mandantes, quatenus prefatum episcopum tanquam legatum sedis apostolice, immo perso[nam no]stram^{c)} in eo [re]cipientes^{c)}, hilariter et honeste tractantes, ipsius salubribus monitis et mandatis pronis mentibus intendatis, et que inter vos statuenda dixerit, tanquam devotionis filii teneatis firmiter et servetis. Alioquin sententiam, quam idem tulerit in rebelles, ratam habebimus et faciemus auctore domino firmiter observari. De ipsius enim circumspectione provida illam fiduciam obtinemus, quod, dirigente domino gressus eius, de sparso semine reportabit cum exultatione manipulos fructuum eternorum. Dat.^{d)} Ianue, id. iulii, pontificatus nostri anno secundo.

^{a)} Lücke in A ergänzt aus B. – ^{b)} A. – ^{c)} Wegen Stockflecken unkenntlich A, ergänzt aus B. – ^{d)} Ab hier zur Füllung der letzten beiden Zeilen vergrößerte Wortzwischenräume A.

SONS 13

(1245) August 18, [Lyon]

Papst Innozenz IV. beauftragt den Erzbischof [Eberhard II.] von Salzburg und die Bischöfe [Ulrich I.] von Gurk und [Ulrich I.] von Seckau, die Minoriten in den Herzogtümern Österreich, Steier und Kärnten in den ihnen von seinen Vorgängern Innozenz [III.], Honorius [III.] und Gregor [IX.] verliehenen Rechten zu schützen.

Hss.: Abschrift 2. H. 13. Jh. in Wien, ZB Min Wien, 1: I/15, fol. 13v (B). — Registereintrag in Vatikanstadt, AAV, Reg. Vat. 21, fol. 230r–v Nr. 121 (Hauptbrief an den Klerus im Reich, Italien, Sizilien und Ungarn) und fol. 230v Nr. 122 (Konservatorenbrief an die Erzbischöfe von Mailand, Pisa und Spoleto), mit fol. 286r–v Nr. 539 (weitere Adressaten, ohne EB und Bischöfe von Gurk und Seckau) (C).

Edd.: Wadding, *Annales Minorum* III (1723), S. 443–446 Nr. 24 (aus „Regest. Vatic. epist. 539“, an Erzbischöfe von Neapel, Messina und Siponto, inkl. – weitestgehend – übereinstimmender Auflistung der Adressaten nach Reg. Vat. 21, Nr. 539). — Sbaraglia, *Bullarium Franciscanum* I (1759), S. 372–375 Nr. 88 (aus „Regesto Vatic. epist. 539“ und Wadding, an Erzbischöfe von Neapel, Messina und Siponto, inkl. – weitestgehend – übereinstimmender Auflistung der Adressaten nach Reg. Vat. 21, Nr. 539), S. 375 Nr. 89 (aus „Regesto Vatic. epist. 122“), S. 377–378 Nr. 91 (aus „Regesto Vatic. epist. 121“ und „apographis in cenobiis ordinis Trecis, Metis, Ebroicis, et Duaci in Belgio, ac ex Firmamentis Trium Ordinum S. P. F. par. 2 tract. 2 fol. 57“, an Erzbischöfe von Reims, Sens und Saintes [sic] sowie Bischof von Paris [im päpstl. Register nicht unter den Empfängern verzeichnet]), mit X kal. septembris. — Fejér, *CD Hungariae* IV/1 (1829), S. 369–372 (aus „epist. 230“ [korr. fol. 230 Nr. 121], an den Klerus im Reich, Italien, Sizilien und Ungarn). — Theiner, *Vet. Monum. Hung.* I (1859), S. 198–199 Nr. 367 (aus „ep. 538“, an Klerus in Ungarn, Istrien, Slawonien, Kroatien und Dalmatien), S. 199 Nr. 368 (aus „ep. 539“, an Erzbischöfe von Esztergom und Kalocsa sowie Bischof von Zagreb).

Reg.: Potthast, Reg. pont. Rom. II (1875), S. 1003 Nr. 11811 (an den Klerus im Reich, Italien, Sizilien und Ungarn, mit Nennung einiger weiterer Adressaten) und Nr. 11812 (an Erzbischöfe von Esztergom und Kalocsa sowie Bischof von Zagreb), beide zu August 18, sowie S. 1005 Nr. 11842 (an Erzbischöfe von Reims, Sens etc.), nach Sbaraglia Nr. 91 zu August 28. — Berger, Registres I (1884), S. 225 Nr. 1481 (zu Reg. Vat. 21, Nr. 121), Nr. 1482 (zu Reg. Vat. 21, Nr. 122), S. 279 Nr. 1378 (zu Reg. Vat. 21, Nr. 539).

In der Wiener Handschrift ist Nimis iniqua vicissitudine mehrfach verzeichnet. Auf fol. 12r–13r findet sich zunächst der Hauptbrief an den gesamten Klerus aus dem Pontifikat Gregors IX. vom 21. August 1231, wobei das völlige Fehlen jedweder Empfängerregion (Gregorius IX. Archiepiscopis, episcopis, abbatibus [...] et aliis ecclesiarum prelati. Nimis iniqua vicissitudine [...]) auffällt. Auch in der dazugehörigen zweiten Urkunde vom selben Tag (fol. 13r) werden als Adressaten lediglich universis ecclesiarum prelati genannt. Im unmittelbaren Anschluss (fol. 13r) folgt eine knappe Notiz, die wohl wiederum auf den Hauptbrief (aus dem Pontifikat Innozenz' IV.) verweist (Innocentius III^{us}. Archiepiscopis, episcopis, abbatibus [...] et aliis ecclesiarum prelati. Nimis iniqua etc. sicut super de verbo ad verbum.) wobei wiederum jeder Hinweis auf spezifische Empfänger fehlt, während im dazugehörigen vorliegenden Stück dann dezidiert der Erzbischof von Salzburg und die Bischöfe von Gurk und Seckau genannt werden (fol. 13v). Darauf folgt Nimis iniqua vicissitudine aus dem Pontifikat Alexanders IV. vom 29. Juli 1256 (fol. 13v–14r), worin als Empfänger spezifisch der gesamte Klerus in Österreich, Mähren, Steier und Kärnten genannt wird. Da bei den beiden Urkunden Gregors IX. keine entsprechenden Angaben zu finden sind, kann nur davon ausgegangen werden, dass ein weiterer Adressatenkreis angesprochen war. Am nächstliegenden wäre wohl, dass den Wiener Minoriten Exemplare von Nimis iniqua vicissitudine aus dem Pontifikat Gregors IX. an den Klerus in Deutschland vorgelegt sind, so wie den Pettauener Dominikanern aus dem Pontifikat Innozenz' IV. (vgl. Urkunde Nr. A 72). Da nur letzteres Stück auch im Original überliefert ist (vgl. Hilger, Papsturkunden [FRA II/83, 1991], Incipit-Register S. 402), kann dieser Theorie nicht weiter nachgegangen werden.

Im päpstlichen Register ist Nimis iniqua vicissitudine für die Minoriten vom 18. August 1245 auf fol. 230r–v Nr. 121 (Hauptbrief an den Klerus im Reich, Italien, Sizilien und Ungarn) und fol. 230v Nr. 122 (Konservatorenbrief an die Erzbischöfe von Mailand, Pisa und Spoleto) verzeichnet. Auf fol. 285v–286r Nr. 536 und 537, findet sich Nimis iniqua vicissitudine für die Dominikaner vom 17. September 1245 (= Urkunde Nr. A 72). Bei der Nummerierung ist offensichtlich Nr. 538 entfallen, es folgt unmittelbar Nr. 539, worunter ein a-pari-Brief zu Nr. 536 verzeichnet ist, wobei das Stück vom 18. August 1245 – zu dem einleitend ut supra in illa que scribitur pro fratribus ordinis predicatorum angeführt ist – an die genannten fratres minores gegangen sein muss, wie auch durch den (von anderer Hand angebrachten) Randvermerk – Item pro fratribus minoribus – und den Verweis auf die Päpste Innozenz, Honorius und Gregor ersichtlich wird (in Nimis iniqua vicissitudine für die Dominikaner vom 17. September 1245 wird lediglich auf Honorius und Gregor verwiesen). Unter den weiteren Empfängern finden sich (auf fol. 286v) alle Erzbischöfe, Bischöfe, Äbte, Prioren, Dekane etc. in Deutschland mit den Erzbischöfen von Köln und Magdeburg sowie dem Bischof von Würzburg als Konservatoren. (Vgl.

Urkunde Nr. A 72 für die Dominikaner mit dem Erzbischof von Köln und dem Bischof von Regensburg als Konversatoren.) Der Erzbischof von Salzburg und die Bischöfe von Gurk und Seckau sind hier nicht als Empfänger verzeichnet (gleiches gilt auch für die Erzbischöfe von Reims, Sens und Saintes und den Bischof von Paris, die nur im Druck bei Sbaraglia, Bullarium Franciscanum I, S. 377–378 Nr. 91 aufscheinen – bereits Sbaraglia, S. 377 Anm. k, merkt an, dass die Bezeichnung als „Erzbischof“ von Saintes nicht korrekt ist). Auch in den Drucken und der weiteren Literatur werden der Erzbischof von Salzburg und die beiden Bischöfe nirgendwo angeführt.

Ediert nach B.

Innoc(entius) III^{us}. Item aliud ad iudices de eodem. Salzburgensi archiepiscopo et Gurcensi et Seccouiensi episcopis. Nimis iniqua etc. sicut supra et infra. A quibus omnibus fratrum molestiis quidam etiam ex venerabilibus fratris nostris archiepiscopis et episcopis ac dilectis filiis abbatibus, prioribus et ceteris ecclesiarum prelati ac aliis per ducatus Austrie, Stirie, Karinthie constitutis non omnino abstinere dicuntur. Cum igitur ordo predictorum fratrum a bone memorie Innocencio, Honorio ac Gregorio predecessoribus nostris et nobis ipsis dignis eorum sit exigentibus meritis approbatus ac ipsorum regula confirmata, ne apostolice sedis statuta, que iamdicti archiepiscopi et episcopi ac prelati et alii humiliter suscipere ac reverenter servare tenentur, contempnere videantur, universitatem eorum monemus attente nostris sibi dantes litteris^{a)} firmiter in preceptis, ut conscientie ac fame sue salubriter consulentes universi et singuli a prenotatis et aliis predictorum fratrum gravaminibus omnino desistant subditos suos ab hiis artius conpescendo. Quocirca fraternitati vestre per apostolica scripta firmiter precipiendo mandamus, quatenus si dicti archiepiscopi et episcopi ac alii preceptum nostrum neglexerint adimplere, vos eos ad omnia supradicta servanda monicione premissa auctoritate nostra cuiuslibet contradictionis et appellationis sublato obstaculo compellatis non obstante constitutione de duabus dietis edita in concilio generali. Si vero nec sic mandatis nostris curaverint obedire, noverint nos super hoc memoratis fratribus aliter auctore domino provisuros. Quod si non omnes hiis exequendis etc. Datum XV^o kal. sept., pontificatus nostri anno tercio.

^{a)} Folgt in mandatis durch daruntergesetzte Punkte getilgt B.